

# Landesbibliothek Oldenburg

## Digitalisierung von Drucken

### **Šimūš haṭ-te āmīm s**

Ministerium Accentuum Ebræorum Monstratum CL. Dictis S. Codicis,  
Quibus Omnium Utriusque Tabulæ Diacriticæ S. Membrorum Exempla  
Exhibentur, Cum Analyſi Breviſſima ...

LXIX Dicta Metrica Exhibet


**Franck, Johann**

**[Halle, Saale], MDCCXXIV.**

**VD18 90513754**

Farbkarte

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10473**



MINISTERI

MINISTERI

TARS PRIM

JOHANNES BRAY



rem p  
oribu  
fuera  
quan  
ris, c

aura  
sper  
cogn  
bus,  
tem  
abjic  
non  
sta  
sing  
tus,  
usq  
pof  
pri





L. B. S.

**A**ppendix I. Diacriticæ S. exhibet CLX. Dicta S. Codicis ex 23202. pasucis selecta, quæ continent exempla omnium & singulorum membrorum utriusque Tabulæ in Diacritica S. positæ & expositæ, atque sic totam accentuationem, quam vocant, *ὡς ἐν συνόψει* exhibent. Cum vero deinde accuratius rem perpenderem, deprehendi, ne quidem tot Dictis opus esse; sed paucioribus, nempe CL. idem effici posse. Quædam ergo illorum, quæ ibi posueram, omisi, & alia quædam addidi. Quæ nunc, & quidem cum analysi, quantum fieri potuit, brevissima, in conspectum tuum profero. Si quaeris, quid me ad hoc institutum permoverit? paucis exponam.

1.) De Accentuatione nemo recte judicare potest, nisi totam rem accurate & solide perceperit. Cum vero exempla per totum Codicem S. dispersa, totus Codex S. evolvendus esset, si omnium membrorum exempla, cognoscere quis vellet. Qui labor & longus & molestus esset tam docentibus, quam discipulis. Unde facile fieri posset, ut discipuli, quibus nec tempus nec sumptus suppetunt, deterriti, omnem de accentuatione curam abjicerent. His ut consulerem, hæc Dicta non sine magno labore collecta non solum proponere sed etiam resolvere volui, ita quidem, ut singula Dicta in Tabula disponerem, ad quod membrum Tabularum Diacriticæ S. singuli accentus referendi, monstrarem, rationemque redderem, cur accentus, qui adsunt, adhibiti. Adjunxi quoque Tabulam paradigmaticam utriusque accentuationis, ut sic ad singula membra Tabularum in Diacritica S. positarum exempla in promptu sint. Hæc dicta in unam summam collecta primam Parascham non multum numero superant, adeoque tantum quinquage-